

Dispaccio del bailo Jacopo Tiepolo al doge Pietro Ziani  
1219.

Copia di una Scrittura Publica antica delle cose di Constantinopoli,  
in tempo della vacanza di quell' Imperio et Patriarchato nel 1219.

Sereniss. Domino suo Petro Ziano Dei Gratia Venetiae, Dalmatiae, atq.  
Chroatae Duci. Quarta Partis et Dimidia Totius Imperii Romaniae  
Domino. Jacobus Tiepolo, De Mandato suo Potestas in Constantinopoli,  
et Despotis Imperii Romaniae: Eiusdem Imperii Quarta Partis  
et Dimidia Vice Sui Dominator. Sumus Subditus, et fidelis: su-  
umq. Consilium. Salutem, et Devotionis obsequium tan promptum quam  
debitum.

--- In primis post mortem Dominae Imperatricis, Dominus Cardinalis  
et Dominus Patriarcha cum Praelatis, et nos et Dominus Cono-  
de Beth et Barones parlamentum constitavimus ad Rode-  
stum ut super negotiis huius Imperii providianus; Et ut conorde-  
tur factum possessionum Ecclesiarum cum Imperio. Quibus omnibus  
in eodem Parlamento duodecima die intrante mense Octobris congre-  
gatis: Praescriptus Dominus Cardinalis ait omnibus dicens, Quia  
Summus Pontifex misit ipsum ad hoc Imperium, pro facto Possessio-  
num Ecclesiarum inquirendum. Quas sic Vobis peto, in primis, ut de-  
liberare debeatis mihi omnes possessiones Ecclesiarum Cathe-  
drazum, et aliarum. Quas si omnes refutare volueritis, quero, ut re-  
futetis omnes possessiones supradictarum Cathedralium Ecclesia-  
rum et duodecimam partem omnium aliarum possessionum Imperii. Et  
pro unoquoq. agricola laboranti modium frumenti, et ordeinum. Et  
de his omnibus introitus transactorum trium annor. querebat. Et  
usq. ad tres annos haec tenere volebat. Et hoc notificare Domino Papae  
ut in suo permanente arbitrio, dum esset Summi Pontificis, et Sanctae  
Romanae Ecclesiae voluntatem: ut usque dum Imperium pervenerit  
ad bonum statum. Postea quoque voluerit. Ut omnes possessiones Ec-

ecclesiarum eisdem Ecclesiis deveniant. Et milites omnes, et Villani rectum decimum redere debeant.

Sed praedictus Dominus Cardinalis dicebat: Quod si praedicti Barones facere vellent: quia ipse facere restituere eis duodecimam partem possessionum Imperii: quia ab Imperio ipsis Ecclesiis fuit assignatum.

Super hoc ipsi Barones et Nos nimis ventilantes, cum eo tandem ad talem finem devenimus. Super quibus ipsi Barones, et Nos consulti, terminum recepimus ab eis, quod Nos, ipsis undecim die astante superscripto nense. Octobris responderemus —

**E**t sic tunc ipsi Barones a Rodesto recesserunt, Consilium super hoc habituri. Et ad talem secum devenerunt finem, sicut melius cum eo facere non potentes. Quod dabunt ei tenentiam de tribus millibus hyperperorum de redditibus annuatim, pro totis possessionibus, quas tenent per Imperium Romaniae a mane versus Constantinopolim et ultra Brachium; ita quod deberet scribere Domino Papae, ut super eis misericordialiter provideat, taliter ut ad servitium Imperii possint perseverare.

**Q**uae omnia in Solambria cum eo constituerunt.

Nos quoque ab eodem Cardinali terminum recepimus, ad Constantinopolim sibi responsuri. Praeponentes ei quod nos praeceptum Vestrum expletabamus per naves venturas a Venetia: quia hoc Vobis dicendo miseramus. Sed cum ad Constantinopolim venimus, et ipse nos omnimodo infestando super hoc responsurus; et quia hoc nos magis dilatare non poteramus, timorem vinculi excommunicationis plene etiam dubitantes: quae quidem excommunicatio de facili super nos revertebatur: quamvis de vobis tanquam de Domino unico dubitantes, ne Vobis hoc incongruum appareret, ad similem finem, Consilio Parvi, et Magni Consilii, et Militum devenimus. Idest quod secundum quantitatem, quam Francigenae sibi dederunt, et Nos ipsi dabimus.

**N**os quoque antequam a Rodesto recedaremus, ibi refutare fecimus a Militibus sextariorum omnes scholas, commercia, et redditus Communitatis earum, quae pro eorum Communi tolle-

bantur: secundum quod per Vestras litteras Nobis praecipiendo mis-  
sistis. Et super his personas posuimus per nos et fecimus elige-  
re Capitaneos, Castellanos, et Consiliarios, quia prima electio-  
nem eorum firmam esse volebamus. Et accepimus constitu-  
tum sacramentum ab eis.

**I**n reversu tamen nostro ad Solombriam, ibi in primis per nos, et  
Barones ubi Nobilis Dominus Cono de Beth fuit electus Bajulus  
et nobis sacramentum fecit satis decenter, quod Nobis et Nostrum  
Consilium tunc placuit. Et ipsum sacramentum suo sigillo sigilla-  
tum habemus. Quo facto petimus si partes Vestras acquisita-  
rum terrarum Regni Saloniki, et Philippopolis, et alia Vestra  
jura. Super quibus omnibus dixit nobis responsurus apud Con-  
stantinopolim, quandoocumque de nostra esset voluntate.

-----  
-----  
Data decima intrante Decembris

A tergo

Serenissimo Domino Nostro Duci Venetiae.